Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. || Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Lectori S. [...]

urn:nbn:de:bsz:31-248509

Visual Library

Præclaram doctiſsimi ſcriptoris ſententiam, argumentum à nobis tractatum apertè cõfirmantem, & mirificè illuſtrantem, tibi amice lector, quàm uacuam chartam dare maluimus. tui eſſe officij iudicabis eam attentè legere, ſedulò expendere, & ad uſum tuum conferre: eiq; qui in rem tuam iſta congeſsit, gratiam habere, ſi referre uel non licet, uel non libet.

CHRYSOSTOMVS IN LOCVM Pauli, Vnum corpus & unus ſpiritus, quemadmodum & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ.

Quid eſt autem unum corpus? Omnes ubiq; terrarum fideles, & qui iam ſunt, & qui fuerunt, quiq; futuri ſunt: denique qui ante Chriſti aduentum Deo placuerunt, unum corpus ſunt. Quomodo? quoniam & illi Chriſtum uenerati ſunt. unde liquet? Abraham, inquit, pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, & uidit, & gauiſus eſt.

ſus eſt. Et iterum: Si Moyſi credidiſſetis, inquit, credidiſſetis & mihi: de me ſiquidem ille ſcripſit, ut & Prophetæ. Non autem ſcripſerunt tanquã de quo quæ dicerent ignoraſſent. uiderũt enim illum, & adorauerunt. Itaque & illi unum corpus ſunt: non eſt diuiſum corpus ſpiritus, alioqui corpus nõ eſſet. nam & nos de coadunatis, multamq́ affectionem habentibus, dicere ſolemus, Unum corpus ſunt: ita & nos hic, quod ad unitatem attinet, corpus accipimus, quod ſub uno eſt capite. Si uerò caput unum, unum eſt & corpus.

ERRATA.

Pagina 22. linea 10. alibi 51.3. non plus quàm 65.8. habendosq́; 72.1. iudico 90.10. dele, hanc cœnam 130.5. noſtræ 162.23. donatur 165. 15. apta 175.16. ordo 176, 10. quæ